Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415112222-1824503695-18/fragment/page=0001

~~B. l. I 30~~

1) Biel, Gabriel

nebst 2) – 6)

El 230

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-1824503695-18/fragment/page=0002

Johannis tritemij abbatis

ſpanhemenſis Tetraſtichon de ſanctiſſima matre anna

Virginis almifice mater venerabilis anna
Excellens meritis. et pietate potens
Nemo triſtis abit qui te colit et veneratur
Fers cunctis placidam quippe ſalutis opem

Diſtichon eiuſdem quod poſuit ad ymaginem ſctē anne.

Quiſquis in aduerſis ſanctam pulſauerit annam
Deuotis precibus. is bene tutus erit

Cunradi celtis protucij. poete laureati
Tetraſtichon de ſancta anna.

Nullius anna preces vnꝗ dimiſit inanes
Sed tulit optatam candida ſemper opem
Ergo piam matrem multo cumulemus honore
Nullius vacuas que ſinit eſſe preces

Theodorici greſemundi iunioris maguntini
Tetraſtichon ad ſanctam annam

Virginis anna parens ſalueto fauſta marie
Ordiri noſtre digna ſalutis opus
Que per te cepta eſt humana redemptio queſo
Continues precibus crimina noſtra tegens

Rodulphi langij Canonici monaſterienſis
Diſtichon de ſancta anna

Magna parens audi fecunde virginis anna
Pregnantes vtero que tibi vota ferunt

Jodoci badij gandenſis Tetraſtichon de ſctā anna

Anna decus mundi. mater genitricis hieſu
Pro nate meritis det tuus aſtra nepos
Primitias noſtre pariens ſancta anna ſalutis
Nos cum prole tua cumqꝫ nepote iuua

Rodulphꝰ agricola in ſuo de ſctā anna carmīe inter alia ſic.

D i

Johann Trithemius
[De laudibus sanctissime matris Anne]

Anna parens ſumme genitrix veneranda parentis
Que pandis populis prima ſalutis iter
Te cuncti fugiunt morbi paloꝛqꝫ doloꝛqꝫ
Noxia queqꝫ animo. coꝛpe queqꝫ ſedent
Quicquid id eſt hominum quod curas coꝛdaqꝫ laſſat
Te fugit. vt ventos nubila pulſa ſolent

Ruegerus venrai Canonicus regularis
baynenſis ad ymaginē ſancte anne

Hic profunde preces deuote poplice flexo
Anna parens vbi cum prole beata ſedet
Ne dubita capies quicquid rogitaueris ipſam
Namqꝫ potens precibus iugiter anna nitet

Eiuſdem diſtichon de ſancta anna
Anna parens hieſu chriſti genitricis aueto
Et nobis petimus omne repelle nephas

Jodoci beiſſellij patricij aquenſis roſariuꝫ de ſancta anna Ad reuerendum patrem dn̄m Johannē tritemiū abbatem ſpanhemēſem ordinis diui patris benedicti.

Quiſquis hoc roſarium ad honorē beatiſſime matris anne pro deuotione legere voluerit. p̄mittat oꝛonē dn̄icam cum ſalutatiōe ſancte anne quā ſemꝑ poſt duos verſus repetat que quidē ſalutatio eſt vt ſequitur.

Ave dei genitricis mater venerabilis anna: ſancte trinitati gratiſſima. p̄ cunctis mulieribus honoꝛata. bn̄dicta tu a dn̄o. et bn̄dicta ꝓles vteri tui. ꝓliſqꝫ v̾gine⁹ nat⁹ ih̄s xp̄s amen.

Pater noſter Aue dei.

Anna tuas liceat miſero mihi pꝛomere laudes
Nam tibi ſi pateris ſerta roſaſqꝫ feram — Aue
Anna nites regum inde veneranda pꝛopago
Atqꝫ etiam ioachim coniuge clara pio — Aue
Anna diu ſteriles fleuiſti in coniuge amoꝛes
Vnica nuptarum gloꝛia. et vnus honoꝛ — Aue
Anna pia ſobolem nec vanos queris in vſus
Sed colat vt ſancta poſteritate deum — Aue
Anna tibi etherea celer aſtans nunccius aula
Gaude ait en ſobolem mater habebis ouans — Aue.
Anna feres ſobolem tanta virtute beatam
Vt cum virgineo mater honoꝛe micet — Aue.

(Liptzk [um 1506]: Melchior Lotter d.Ä.)
Unvollst., nur Bl. D1-6 vorh.

Anna ſeres gratam quem non capit orbis
Ipſe libens ſubeat viſcera caſta deus Aue
Anna tuo tandem ſurget de ſanguine ſanguis
Qui fuſus miſeris ſpem ferat uſqꝫ reis Aue.
Anna tuum decuit tanta expectatio partum
Haud facile eſt matrem matris haberi dei Aue
Anne tue ſobolis laudes ſuper aſtra volabunt
Te q noqꝫ felicem ſecula cuncta ferent Aue
Pater noſter. Aue dei.
Anna mali puram tu concepiſſe mariam
Crederis. et ſanctam mox habuiſſe deo Aue
Anna aluo geſtas quam ſignauere figure
Venturam. ſancti quam cecinere patres Aue.
Anna geris clauſam paradiſum. arborē vite
Felicem. et cuncto ruris honore ſacram Aue.
Anna grauis geſtas ortum quem flammeus enſis
Cuſtodit cherubin nocte dieqꝫ calens Aue
Anna geris florem qui candida lilia vincat
Et violas humiles coccineamqꝫ roſam Aue
Anna moſayca inte deprehenditur archa
Etherei panis aurea et vrna iacet Aue.
Anna geris ſponſam veri ſalomonis. et omni
Gemma exornatam intus et extra domum Aue
Anna geris templum cuius penetralia dulces
Implenere ſoni. muſica et omnis ouans Aue.
Anna geris velum pulchra ſub ymagine. patrum
In ſe geſta tenens. quod tegat alta dei Aue
Anna geris ſobolem cuius phebi aurea veſtit
Flamma caput. niueos candida luna pedes Aue
Pater noſter Aue dei.
Anna exoptate compos iam facta marie
Pectore vix toto gaudia aborta capis Aue.
Anna recens nate plauſerunt cuncta marie
Sidera. et inſolitum fluxit ab axe iubar. Aue.
Anna tui fetus'natalem credere fas eſt
Te circum angelicos concelebraſſe choros Aue
Anna tuum partum manes ſenſere profundi
Lux noua tunc ſtygios terruit ipſa lacus Aue.
Anna parens dubitas manibus contingere gnatam
Sole magis rutilā luminibuſqꝫ poli Aue
Anna quid ethereām metuis tractatare puellam
Arridet matri. triſtia nulla facit Aue

Anna capeſſe animos en lactea ad vbera tendit
Gnata. manus teneras et tua colla petit. Aue.
Anna moras rumpis. mammas et pectora nudans
Excipis in tenero membra tenella ſinu Aue.
Anna foues gnatam. dulceſqȝ a pectore ſuccos
Ore trahit roſeo murmura grata ſonans Aue.
Anna feret quantos ſi ſcires gnata dolores
Quotqȝ ferat mortes. tu modo nulla fores Aue.

Pater noſter. Aue dei.

Anna tibi eſt cordi gnatā exornare probatis
Moribus. et ſummo compoſuiſſe deo Aue.
Anna paras celſo gnatam importare delubro
Sponte ſed ad ſuperum pertigit alma gradum Aue.
Anna citam lento ſequeris greſſu atqȝ labore
Solatur feſſam promptula virgo matrem Aue.
Anna quid in tenera miraris virgine robur
Non humana vides. ſed pia ſigna dei Aue.
Anna ſoles inopi et ſacris dare munera templis
Nunc das quo mulier plus nihil vlla dedit Aue
Anna vbi ſacratam voluiſti degere gnatam
Clauſtra libens ſubijt virgineamqȝ domum Aue.
Anna piam miſſura: genas et lumina fletu
Conficis. immotam te tenet altus amor Aue.
Anna domum repetas. gnatam dimitte tonanti
Nil niſi venturum cogitet illa hieſum. Aue.
Anna per ethereos volitet tua nata receſſus
Occupet hanc ſummo culmine miſſus amor Aue.
Anna duas ſatis eſt tibi deſeruire marias
Me quoqȝ non modica te pietate colent Aue.

Pater noſter. Aue dei.

Anna tuo fletu docta es ſuccurrere flenti
Hunc miſerum votis tu quoqȝ prompta faues Aue
Anna ſoles ratas nature vertere leges
Sicqȝ voles. ſterilis ſit modo leta parens Aue.
Anna etiam fluxe fortune munera ſiſtis.
Ne fugiant noſtros lapſa repente ſinus Aue.
Anna fugas dedecus. das pulchre munera fame
Tu luctus releuas. et tibi cedit amor Aue.
Anna iuuas ſeu quem terret vis hoſtica. ſeu quem
Carceris obſcuri vincula ſena tenent Aue.
Anna leuamen ades ſidum mortalibus egris
Te duce languenti perdita vita redit Aue.

Anna parens timido te inclamat nauita fluctu
  Si iactent laceram flatus et vnda ratem Aue.
Anna parens nigro es ſemper metuenda tiranno
  Vt glacies ignem te fugit ille nocens Aue.
Anna abs te nequeant mortalia pectora fruſtra
  Poſcere. quodqꝫ voles gnata deuſqꝫ volet Aue
Anna igitur meritis et tanta prole beata
  Anna parens noſtras reſpice magna preces Aue

Oratio poſt roſarium dicenda

Omnipotens ac piiſſime deus. qui beatã annã in genitricis filii tui matrem eligere dignatus es. concede ꝓpicius vt qui memoriã eius fideli deuotione percolimus. eius meritis et precibus eterne vite ſuffragia conſequamur. Per e.

Explicit roſariũ Jodoci beiſſellii vtriuſqꝫ iuris ꝓfeſſoris patricii aquenſis ad reuerendũ prẽ dñm Johãnẽ tritemiũ abbatẽ ſpanhemenſem ordinis ſancti benedicti. Ex aquiſgrani tercio idus Aprilis Anno M.cccc.xciiii.

Ade wernheri themarenſis Carmen de ſanctiſſima anna Ad. r. p. dñm Johannẽ tritemium abbatem

  In laudes auie pangimus inclite
Cordis plectra ieſu chare nepos moue
Nec tu nata canenti
Deſis caſta parens choro.
  Regũ ꝓgenies anna viro durat
In fecunda diu ſe ſterilem gemit
Prolem flendo precatur
Nec fruſtra lachrime fluunt
Promittunt ſobolem nuncia celica
Pregnans iuncta viro. deinde puerpa
Nata prole probatur
Per quam noſtra venit ſalus
  Jeſſe ſic viruit ſtirps venerabilis
Exit virga ferax germine fertili
Cuius flore refecti
Vita morte reuiuimus
  Hoc partu ioachim ſiſtere delubris
Fit dignus. remouens pontificis probra
Sic nos anna nepoti
Puros ferre preces para

Commendes puero quem pia caſtitas
Nate parturijt. nos prece poſcimus
O matrona beata.
Criſtus nil tibi denegat.
Criſto qui ſocius. cum patre flamini
Regnat gloria ſit ſecula per omnia
Quem dant conciliatum
Nobis o anna tue preces Amen

Canitur aūt iſte hymnus ſub nota illius qui in natiuitate ſctē marie a multis frequentat̄ ecclesijs. et incipit Gaude viſceribꝰ mater in intimis ⁊c̃. Ex caſtro heydelbergenſi. iij. kalendas. Februarij. M. cccc. xciiij.

Johannis herbſtluterburgenſis. Carmen ſeu hymnus de ſctā anna Ad r. p. dn̄m iohānē tritemium abbatem.

Gaude que miſeris anna refugium.
Oramus. canimus. carmina promimus
In feſto pia ſis germine cum tuo
Laudes nunc tibi dicimus
Gaude terra nitens gramine fertilis
Et de pluta madens rore deifico
Ex qua nata fuit purior ethere
Virgo criminis inſcia.
Gaude que fueras ſemine regio
Jam concepta viro dedita duxeras
Celebs coniugium prole carens diu
Voto facta puerpera
Gaude que obprobrio pontificis rubith
Es confuſa. deum fletibus inuocas
Exaudita virum ſuſcipis obuium
Porta dicta ſub aurea
Gaude que ioachim leta tibi obuium
Amplexata virum doctaqꝫ numine
Celeſti. genitrix ſicqꝫ hieſu tuo
Conceptatur in aluulo
Gaude ſimplicitas angelico ſagax
Que laudata choro. et ſecta trifarie
Templo diuidis et pauperibus bona
Et partem famulis tuis
Gaude plebs celebrat feſta fidelium
Vt patrona ſibi. et cum patre ſpiritum

Et criſtum genitum tuqꝫ rogatibus
Reddas anna propicium. amen.

Hymnus iſte melodiã illius recipit q̃ de aſcenſione dñi canit
ſcz Feſtum nunc celebre ꝛc̃. Et illius de martiribus Sanctorum
merit⁹ inclita. ꝛc̃. Ex heydelberga t̃cio nonas februarias Anno
M.cc cc.xciij.

Rutgeri venraij Canonici regularis in heyna. Wor
macenſis dyoc⁹ Carmen elegiacũ de ſancta anna.

Splendoris patrij. candoris lucis intacte
  Virginee matris ſplendida mater aue
Tu diuam domino genuiſti ſancta puellam
  Ex qua lux mundi prodijt alma hieſus
Tu nate gemitum conſtanter ſare nepotem
  Quamuis ipſe polos fecerit atqꝫ ſolum
Carne nepos tuus ipſe hieſus. ſummam deitatem
  Coniunxit carni. nam deus eſt et homo
Ergo licet ſemper fuerit hieſus attamen optat
  Dignaturqꝫ nepos dicier eſſe tuus
Talem ne dubites precibus pulſare nepotem
  Anna rogamus que cuncta rogata feres
Ad primas faciles ſi non inflexerit aures
  Ad gnatam cicius anna recurre tuam
Vbera demonſtret nato tua filia chriſto.
  Protinus optatum deferet alma parens
Si multum fuerit oratu difficilis res
  Cum genitrice ſua filia poſcat opem
Firma fides mea nec dubito quin protinus ambas
  Orantes dñs audiet aure pia
Quare continuis fratres oratibus anne
  Marieqꝫ ſimul poſcere oportet opem
Conſtat ſi matrem domini genitricis honores
  Et titulas matris virginis ipſe colas
Rurſus ſi matrem domini venerare. liqueſcit
  Et domino laudes in genitrice pares
Sit nate gnato laus virtus et decus anne
  Et ſummo patri ſpirituiqꝫ ſacro. Amen.

Carmen ſaphicum Johannis tritemij abbatis
ſpanhemenſis in die ſancte anne

Feſta ſacrate celebremus anne.

Matris excelſe meritis opime
Que dei patris geniti parentem
Edidit orbi
Cuius a nobis venerāda ſemper
Vita laudatur merito beata
Dote ſignoꝝ miſeris leuamen
Mentibus augens
Lāguidos ſanat. mala cūcta purgat
Corda meſtoꝝ iubilo ſerenat
Apta ꝯponit. regit et gubernat
Aſpera planat
Prepotēs ſūmi reſidens in aula
Regis. abſterget maculas p̄cata
Graciam confert. animas fideles
Ducit in aſtra.
Hic frequētantes tua feſta fratres
Vota promentes. bona te precantes
Adiuua ſerua. refoue. guberna
Inclita mater
Sit decus virtus ſupero tonanti
Qui deus ſimplex pariterqȝ trinus
Glorie magne tribuit coronam
Iugiter anne. Amen.

Hymnus iſte ſaphicus canit᷑ ſub melodia Ut queāt laxis ꝛc̄ Vita ſctōꝝ Virginis ꝓles. Quod choros vatum Iſte ꝯfeſſor. et ſimilium qui ſaphici ſunt tantum. Ex ſpanhem. Nonis Julij Anno dñi. M. cccc. xciiij.

Johannis tritemij abbatis ſpanhemenſis
Carmen elegiacum de ſancta matre anna.

Premia quanta ſuis referat cultoribus anna
Nemo capit mente nec valet ore loqui
Aſpera propellit. veniam impetrat. auget honoris
Ornamenta ſuis. et facit eſſe polo
Contra multa nimis comitantur acerba parentis
Anne ſpretores. proſpice praue tibi
Proterit elatos. deponit honore potentes
Et ſinit vt magna ſcandala ſepe ferant
Hoc patet et fixum manet. anna colentibus offert
Leta. ſed infenſis triſtia plura refert

Ergo viri moneo tante ſeruite patrone
Feminenſqꝫ chorus aſſit amore ſimul
Conſtat et exemplis liquido quod ſcribimus. aures
Concipiant patule quod pia corda iuuat.
Ex ſpanhem. xvi. kalēdas auguſti. M. cccc. xciiij

Carmen ſaphicū rutgeri ſiccambri.
pro hymno in laudem ſancte anne

Pangimus laudes veneranda tuas
Anna. laudantum modulis faueto
Impetrans cunctis veniam. ſalutis
Premia donans
Tu parens chriſti genitricis anna
Etheris ſumma renitens in arce
Obtines quicquid genitum precaris
Cunctipotentis
Languidos ſanas. maculoſa tergis
Compotes voti famulos fideles
Efficis. tandem tribuis ſupernum
Scandere regnum
Moribus ſummum dominum probatis
Anna flexiſti precibuſqꝫ multis
Vt daret tante fieri parentem
Prolis in orbe
Sit patri ſummo. genito ſuperno
Pneumati ſacro decus et poteſtas
Claritas virtus pietas vigorqꝫ
Omne per euum

Eiuſdem aliud
Virginis matris genitricis anne
Sedulas laudes reſonemus omnes
Viribus totis. animi medullis
Voce ſonora
Illa prufudit generi miſello
Labe ſordenti genitricis eue
Nobilem prolem radians iubar que
Edidit orbi
Lumen hoc mundi tenebras nigrantis
Expulit. cunctos radians ſuperna
Luce. ceu ſanctus reſonat iohannes
Codice ſacro
Anna diuine genitrix puelle

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415111222-1824503695-18/fragment/page=0011

Cuius appellas gemitum nepotem
Carne dumtaxat. populum precantem
Spernere noli.
Virgo pro nobis rogitantis anne
Matris intente precibus faueto
Tu nepos hieſu facilis precatum
Eius adimple
Filio nate genitricis anne
Cum deo ſumma decus et poteſtas
Pneumati compar ſit honor beato
Tempus in omne

Carmen eiuſdem aliud iambicum dimetrum quod canitur ſub melodia hymnoꝝ ambroſij.

Anne colamus cernui
Feſtum beate. debitas.
Grates canentes vocibus
Et intimis precordijs
Hec mater alme virginis
Que protulit mundi iubar
Hec que deo virtutibus
Se reddidit gratiſſimam
Moras repellit grām
Confert ſuis precatibus
Morbos leuat deterrimos
Tam corporis quam ſpiritus
Huius in laudes rex poli
Tibi ſonoris cantibus
Natoqꝫ ſimul flamini.
Depromimus laudes pias. amen.

Carmen alcinanicum eiuſdem quod caniť ſub melodia, Crux fidelis, vel Pange lingua.

Hec caterna voce votis
Et pijs precordijs
Feſta gliſcit anna mater
Tam preclara promere
Mr̄is adſis deprecamur
Temet collandantibus
Tu parens matris marie
Tu deo gratiſſima

Legis orſa conſeruaſti
Quam moyſes patribus
Quondam contulit vetuſtis
Hebreiſqꝫ plebibus
  Dona mira gracioſa
Impetrans fidelibus
Deprecatu complacente
Alti patris filio
Egros ſanas et pudica
Preſtas eſſe pectora.
Te pater rogamus atqꝫ
Filium cum flamine
Vt des gaudioſa nobis
Laudes concinentibus
Inclitas predulcis anne
Matris alme ꝟginis. Amē

Carmen Rutgeri venrai germani canonici regularis heynenſis in librum de laudibus ſancte anne

Quiſquis eris lector preſtantis codicis huius
  Pone metum vanum. friuola nulla tenet
Hunc miro grauidum ſenſu. dulcemqꝫ lepore
  Abbas tritemius edidit arte ſua
Libris inuigilans. cuſtos ſpanhemenſis ouilis
  Qui triplicis lingua ſcripta ſacrata colit
Hic titulos anne plenos rationis et arte
  Inuenies. tantum pectore volue pio
Non ſequitur vanas paſſim dubiaſqꝫ fabellas
  Eloquij ſacri clara fluenta docet
Ergo precor laudes dignas venerabilis anne
  Quas tibi vir doctus prompſit amando lege

Ohannes tritemius abbas ſpanhemēſis: lectori ſalutem. Cuꝫ nuper ad amicoꝝ inſtantiā ſcribere aliquid de laudibus ſanctiſſime matris anne ſtatuiſſē patres quidam de ordine fratrum beate marie ſp virginis de monte carmeli rogabant. ne defenſionem puriſſime ꝯceptionis mariane obmitterem. Itaqꝫ precibus eoꝝ et alioquī iuſta ratione perſuaſus. ſeptimū hui⁹ opis caput. de conceptione

dei parẽtis et v̄ginis p̄notaui. qđ ne quiſquã aliter ꝙ̃ mea habet
intentio ſuſcipiat. lectorem putaui admonendũ. Noui enĩ nec
me fugit ꝙ̃ multi ſanctiſſimi atqȝ doctiſſimi viri oliȝ dei genitricẽ
ſubiacuiſſe originali macule ſcripſerũt. qui longe ante baſilienſe
conciliũ. claruerũt. Hoꝝ ego ſententiã tpi cõcedẽs penit⁹ intac-
taȝ pertrãſeo. nihilqȝ oĩno ꝯtra eos dicẽ vel ſcribẽ intẽdo. Eni-
uero ſiq̇d a me durius dictũ cernit̃. nõ inopinãtes aliter ꝙ̃ nos.
ſed ꝑtinaces dũtaxat referat̃. q̇ ſine eruditiõe garrı̃ẽtes alteri⁹
opinionis aſſertores appellare hereticos nõ verent̃. Et hoc v̄ba
mea inſinuãt. q̃ pñs tps et nõ p̄teritũ notãt. Quod enĩ dico quid
ſtolidi latrãt. qđ imperiti murmurãt. pñtis tpis eſt. nõ preteriti
et hodie ꝑtinaces arguit nõ antiquit⁹ aliter opinãtes. Interro-
gans vero q̇s erudit⁹ vnq̃ȝ ꝯtrariũ ſcripſerit. nõ de antiquis pa-
tribus in fero. ſed de his q̇ poſt determiatiõẽ p̄fati concilij aliter
opinant̃ intendo. Itaqȝ ſolã ꝑtinaciã quorundã imperitoꝝ hui⁹
tpis. nõ opinionẽ eruditoꝝ quorumcũqȝ aliter ſententiã arguo
quippe qui ſixti quarti põtificis maximi declarationẽ nõ ignoro
Mihi aũt viſũ eſt a ſancta romana eccľia nullatenus abhorrere
puriſſime conceptionis fideȝ. quã illa credit et venerat̃. qđ hodie
mľtis documẽtis oñdit̃ Deniqȝ cũ doctorib⁹ gymnaſioꝝ. parieñ
colonienſis. heydelbergenſis. erfordenſis. wiñeñ. liptzẽſis. tho-
wingenſis. engolſtatenſis. baſilienſis. magũtinenſis. aliorumqȝ
multorum et omnibus pene ordinibus chriſtiqȝ fidelib⁹ per vni-
uerſum orbem criſtianum diffuſis. ꝯceptionem dei genitricis et
virginis marie purã venerari nõ timeo. ꝑtinaciã tñ nõ admitto
ſed romane eccľie obedire in oĩbus vt matri reuerendiſſime om
nium eccľiaꝝ volo. Hec prefati capitis mei pura et ſyncera in-
tentio eſt. in quo nulli ſobrie et ſine pertinatia opinanti derogatũ
exiſtimo. Lector vale.
Hec epľa p̄fati dñi Johannis abbatis ex incuria et negligẽtia
quibuſdam exemplaribus deeſt. quã ipſe tamen apponi oĩbus
mandauit. et pro appoſita ſingulis haberi decreuit.

Impreſſum Liptzk per Melchiar Lotter.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-1824503695-18/fragment/page=0015

ALV
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415111222-1824503695-18/fragment/page=0016

ALVENSLEBEN
EI
230

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154151222-1824508095-18/fragment/page=0018

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-21920154151 1222-18245 03895-18/fragment/page=0019
DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-1824503695-18/fragment/page=0020
DFG

Johannis tritemij abbatis

ſpanhemenſis Tetraſtichon de ſanctiſſima matre anna

Virginis almifice mater venerabilis anna
Excellens meritis. et pietate potens
Nemo triſtis abit qui te colit et veneratur
Fers cunctis placidam quippe ſalutis opem

Diſtichon eiuſdem quod poſuit ad ymaginem ſctē anne.

Quiſquis in aduerſis ſanctam pulſauerit annam
Deuotis precibus. is bene tutus erit

Cunradi celtis protnciȷ .poete laureati
Tetraſtichon de ſancta anna.

...ſit inanes
...ſemper opem
...lemus honore
... preces

...iunioris maguntini
... annam

...uſta marie
...ons
...emptio queſo
...noſtra tegens
...ici monaſterienſis

...ginis anna
...ta ferunt
...Tetraſtichon de ſctā anna

...icis hieſu
...a nepos
...nna ſalutis
...pote iuua

...ſctā anna carmīe inter alia ſic.